Cod. chart. (non bombycinus) 468 foliorum in 8. saec. 14. medio exaratus exceptis 13 prioribus foliis, quae suppleta sunt manu alia, quae initium saec. 15. non superat. Usus est eo Tittmannus in editione Zonarae, ubi (praef. p. XIII seq.) plene et accurate librum describit, in definienda tamen ejus aetate, cum saec. 13. tribuat, nimium liberalis est. Matthaei e monasterio Batopedii in monte Athone sito in Germaniam eum attulit.

Matthaei nr. 29. Regia D 156. Falkenstein p. 240. Osk. Lehmann, eod. loc. p. 25. 49 cet.

38.

a) Zonarae lexicon, in compendium redactum. fol. 1.

b) Ἐξομολόγησις οἰκτρὰ πλημμελημάτων, ὧν ἀνεμνήσθην ἐκ πολλῶν κράζων πρὸς τὸν δεσπότην. fol. 216.

Incipit: Δέξαι, πάτερ, τὸν νεκρόν. Sequuntur precationes aliquot.

Cod. chart. 224 foliorum in 8. maj. saec. 14. a duobus librariis exaratus. Fol. 223' legitur nota graeca, qua Ant. Martzes testatur se hunc librum comparasse d. 19. Aug. 1389 a Manuele quodam. Anno 1690 eundem Argis emit tribus Ducatis Venetis And. Erasmus a Seidel a Constantino quodam Rhodio. Ex Seideliana bibl. pretio 4 Thal. 4 Gr. pervenit ad Val. Ern. Loescherum, inde (Catalog. t. III p. 709 nr. 12759) pretio 1 Thal. 10 Gr. ad comitem de Bruehl. Usus est eo Tittmannus, cujus vide praef. p. XXII seq.

Bruehl nr. 251. Regia D 142. Falkenstein p. 240. Osk. Lehmann, eod. loc. p. 57. 69 cet.

39.

Cyrilli Alexandrini lexicon.

Cod. chart. 55 foliorum in 4. manu Ch. F. Matthaei ex cod. 27 typogr. synodal. Mosq. transscriptus.

Incipit: Δεῖ εἰδέναι τὸν λέξιν.

Ex parte editum in Zonara Tittmanni T. I p. XCVII seq.

Matthaei nr. 52. Regia D 163. Falkenstein p. 245.

40.

a) Fragmentum glossarii graeci majoris. fol. 1.

b) Ptolemaeus, περὶ διαφόρων λέξεων κατὰ στοιχείων. fol. 7. In fine mutilum.

c) Zenodoti Philaeteri fragmentum de vocibus brutarum animantium. fol. 13.

Cf. fol. 5'. Fabricius bibl. gr. vol. 6. ed. Harles. p. 163.

Cod. chart. 13 foliorum in 8. saec. 14. exaratus. Emtus e Val. Ern. Loescheri bibl. (t. III p. 709 nr. 12760), cui 1 Thal. constiterat, pretio 1 Thal. 6 Gr.

Regia D 155. / Falkenstein p. 246. Osk. Lehmann, eod. loc. p. 25. 62. 71. Brühl Nr 636. Schoell-Studemund (vgl. D 37).

41.

a) Zenodotus Philaeterus, de vocibus animalium. fol. 1.

Cf. codd. Da 37 (c). 40 (c).

b) Antonii Monachi lexicon. fol. 1.

Incipit: Ἀάσαι τέσσαρα σημαίνει.

BSB Bayerische StaatsBibliothek